

86. Deinde Christianismi conditio, dira servitate oneratur, imò in merum Iudaismum hoc pacto convertitur: id quod precedente disputacione de Traditionibus humanis in Ecclesia fusini fuit ostensum.

87. Tum Libertatis Christianae privilegia enervantur, quando hominum mandatis, vel cum opinione cultus divini: vel cum timore peccati & anxietate conscientiae servire Christiani necessum habent.

88. Vult autem D E V S libertatis Christianae beneficium illibatum in Ecclesia retineri, dum serio præcipit ut in libertate, in quam per Christum asserti sumus, stemos constantes, nec eâ nos spoliari patiamur, Gal. 5, 1. Cor. 7, 23.

Pars II. Articuli Avulsi.

89. Quæstionis primæ veriorem & Orthodoxam doctrinam corrumpunt tūm Anabaptistæ, tūm Monachi, quorum illi Christianis civilia officia prorsus interdicunt: hi verò perfectionem Evangelicam non collocant in timore D E I, & fide, sed in deserendis civilibus officiis.

90. Prior ille error manifestâ impietate laborat, dicans nimirum scribens expressis scripturarum testimoniorum, quæ res civiles esse bonas, licitas, & D E I approbatione confirmatas dilucide demonstrant: uti patet ex quæstionis primæ decisione.

Poste